

V.

Tabula synoptica

Specierum generis Onthophagus

ex Australia

a u t o r e E. Harold.

(Not. Species tantum in collectione mea extantes enumeravi. Characteres ad distinctionem plerunque ex ♂ solis sumpti. Species nonnullas, quarum ♀ sola mihi nota, omisi.)

1. Caput corno unico erecto acuminato. . . . 2.
Caput bicornutum vel bituberculatum vel
postice transversim laminatum 4.
Caput omnino in utroque sexu muticum . 17.
2. Thorax quadridentatus *pentacanthus*.
Thorax bidentatus 3.
3. Thorax antice inter cornua longitudinaliter
subcarinulatus, cornibus basi dilatatis,
antice minus profunde divisa *Mniszechi*.
Thorax non carinulatus, cornua sensim acu-
minata *ferox*.
4. Pygidium longe albovillosum *auritus*.
Pygidium nudum vel parce breviter pubescens 5.
5. Clypeus bidentatus 6.
Clypeus integer vel obtuse subemarginatus 8.

6. Thorax antice hirsutus, punctatus *jubatus.*
 Thorax nudus, rugosus 7.
7. Vertex bicornutus, elytra non granulosa *hostilis.*
 Vertex lamina transversa bidentata, elytra
 seriatim granulosa *Haagi.*
8. Elytra rubromaculata *quadripustulatus.*
 Elytra absque maculis, concoloria 9.
9. Frons tuberculis duobus transversis parum
 elevatis 10.
 Frons bicornuta, vel lamina dentata armata 11.
10. Elytra fortiter crenato-striata *purpureicollis.*
 Elytra leviter striata, thorax linea postica
 impressa *promptus.*
11. Caput postice longe bicornutum, carina ver-
 ticus retrorsum arcuata nodulifer.
 Cornua capitis lamina inter se juncta, carina
 antrorsum arcuata 12.
12. Lamina utrinque simpliciter dentata, thorax
 quadritudinatus *pugnax.*
 Lamina utrinque a cornibus angulo vel
 incisione divisa 13.
13. Corpus distincte aeneum vel subcupreum 14.
 Corpus nigrum vel vix subaeneum 15.
14. Antennae piceae *anisocerus.*
 Antennae rufae *australis.*
15. Cornua erecta, apice non inclinata, thorax
 subaeneus *Thoreyi.*
 Cornua apice inclinata, thorax niger 16.
16. Lamina lata, a cornibus incisione parvula
 divisa *capella.*
 Lamina brevis, a cornibus utrinque late et
 profunde divisa *Schmeltzi.*
17. Oculi angustati 18.
 Oculi majores, ovales 29.
18. Pygidium longe albovillosum, thorax laete
 cupreus *cuniculus.*
 Pygidium nudum vel parce breviter pubescens 19.

- | | | |
|-----|---|----------------------|
| 19. | Antennarum clava rufa vel testacea . . . | 20. |
| | Antennarum clava nigra vel nigro-cinerea . | 25. |
| 20. | Clypeus antice angustatus et bidentatus,
corpus non rugosum | <i>capitosus.</i> |
| | Clypeus non bidentatus, plerumque integer
vel subtruncatus | 21. |
| 21. | Thorax simplex, antice subretusus . . . | <i>consentaneus.</i> |
| | Thorax vel mucronatus, vel declivis, vel
lobatus | 22. |
| 22. | Corpus insuper omnino fortiter rugosum . | <i>rugosus.</i> |
| | Elytra laevia vel obsolete tantum rugosula | 23. |
| 23. | Thorax subaeneus, leviter punctulatus, thorax
in ♂ antice spinosus, in ♀ subbilobatus | <i>Dunningi.</i> |
| | Thorax rugosus | 24. |
| 24. | Thorax lobo brevi antice flexuose carinato . | <i>atrox.</i> |
| | Thorax deplanato-declivis, medio postice
obtuse unituberculato | <i>declivis.</i> |
| 25. | Elytra seriatim granulata | <i>granulatus.</i> |
| | Elytra absque granulis | 26. |
| 26. | Thorax dense vel subrugoso punctatus . | 27. |
| | Thorax parum dense punctulatus | 28. |
| 27. | Nitidus, thorace subaeneo | <i>evanidus.</i> |
| | Opacus, omnino niger | <i>parvus.</i> |
| 28. | Corpus supra pubescens | <i>pexatus.</i> |
| | Corpus supra nudum | <i>posticus.</i> |
| 29. | Frons intra oculos transversim obsolete bi-
tuberculata | <i>Erichsoni.</i> |
| | Frons intra oculos plana, mutica | <i>Kingi.</i> |
| 1. | <i>O. pentacanthus</i> Harold. Col. Heft. II. p. 24. | |
| | Feminae hujus speciei sicut et sequentium duarum pari modo ut
mas thoracem et caput cornibus armatum exhibent nec ab hoc sexu
aliter distinguendae nonnisi tibiis anticis parum latioribus prothoracisque
excavationibus utrinque juxta cornua duo media minus profundis.
Quod mihi femina olim visum, (l. c. p. 25) ad <i>O. atrocam</i> referendum. | |
| 2. | <i>O. Mniszechi</i> (Nov. spec.) | |
| | <i>Niger, infra rufo-villosus, clypeo rotundato, fronte cornu erecto valido,</i>
<i>thorace rugato, antice laevi et abrupto, medio dentibus duobus divergentibus,</i> | |

basi extus angulatim dilatatis, elytris leviter striatis, interstitiis obsolete, externis distinctius subrugose punctatis. — Long 18—22 mill.

Species *O. feroxi* simillima, at plerumque major thoracis dentibus multo latioribus non sensim acuminatis, sed extus pone basin subangulatim dilatatis, antice sinu minus profundo fere semicirculari divisus, bene dignoscenda; accedit interdum inter cornua media carinula longitudinalis parum distincta. Carina transversa capitis minus antrorsum arcuata quam in illo. Specierum omnium ex Australia mihi notarum haec maxima. Feminam non vidi at vix dubitandum, quin eodem modo ut ♂ caput et thoracem armatum praebeat.

3. *O. ferox* Harold. Col. Heft. II. p. 26.

Ab individuis minoribus *O. pentacanthi*, in quibus cornua lateralia minus vel parum tantum conspicua, facile tamen dignoscendus cornubus thoracis magis divergentibus et margine laterali prothoracico fortius pone angulos anticos sinnato. Quoad feminam, videoas quae supra dixi ad *O. pentacanthum*.

4. *O. auritus* Er. Wieg. Arch. 1842. I. p. 156.

Vulgatissimus in museis, pygidio albido-villoso, colore nigro nitenti calloque elytrorum subhumerali bene dignoscendus. Clypeus in ♀ magis obtuse rotundatus, in ♂ sat acuminatus.

5. *O. jubatus* (nov. spec.)

Subsericeo-opacus, niger thorace capiteque interdum leviter subaeneis; clypeo distinete bidentato; thorace fortiter sat dense punctato; elytris leviter striatis, interstitiis leviter convexis, inaequalibus, subrugosis; antennis rufo-piceis, clava nigro-cinerea. ♂: *Capite punctulato aeneo et sat nitido, postice bicornuto, cornubus basi inter se non junctis, leviter introrsum flexis; thorace parte antica decliri et sat longe pubescente.* ♀: *Minus opaca, capite grosse punctato transversim bicarinato, thorace densius fortiter punctato, aequali, elytrorum interstitiis magis convexis, fortius rugose punctatis.* — Long. 7 mill. Adelaida.

Femina affinis *O. evanido*, at duplo major, thorace grossius punctato elytrorumque interstitiis convexis rugose punctatis dignoscenda. In ♂ clypeus valde emarginatus et utrinque sat acute dentatus, obsoletius in ♀, quam non sine ullo dubio huc refero.

6. *O. hostilis* (nov. spec.)

Opacus, niger. interdum leviter subcuprescens; capite thoraceque confertim rugulosis, clypeo bidentato; capite in ♂ transversim bicarinato,

in ♂ postice cornubus duobus basi inter se non junctis, apice nonnihil retrorsum recurvatis; elytris subtiliter striatis, interstitiis planis, 3 et 5 nonnunquam subelevatis, obsolete biseriatim parum regulariter punctulatis, punctis brevissime piliferis; antennis rufo-piceis, clava cinereo-nigra. — Long. 7 mill. Adelaida.

Ex affinitate *O. Haagi*, at valde differens ab illo statura minore, capite bicornuto, thorace aequali, elytrorum interstitiis planis, non granulatis. In ♀ carinae transversae capitinis utrinque abbreviatae, antica adhuc brevior quam frontalis.

7. *O. Haagi* Harold. Col. Heft. II. p. 37.

Species distinctissima propter elytrorum tubercula nitida et longitudinaliter subconfluentia; occurunt specimina interdum leviter subcuprea et usque ad 8 mill. longitud.

8. *O. quadripustulatus* Fabr.

Macula rufa humeralis interdum secundum marginem usque ad apicem producta, modo ut discus elytrorum mediumque baseos sola nigro-aenea maneat. In collectione D. Haag vidi alteram speciem prope accedentem ex Australia boreali orientali: forsitan *O. rufosignatus* Mac Leay.

9. *O. purpureicollis* Mac Leay. Tr. Soc. N. S. Wales. I. p. 123.

In hac specie thorax, cui color laete cupreus interdum deest, margine antico utrinque juxta medium impressiusculus et sublaevis est. Elytra strias profundas exhibent, striarum puncta valde transversa et interstitia convexa invadentia.

10. *O. promptus* (nov. spec.)

Subelongato-ovalis, nitido-aeneus, viridi-cupreus, elytris nigris sutura viridi-aenea; capite transversim bicarinato, carina postica medio sinuata, clypeo transversim rugulato, antice medio subtruncato; thorace subtiliter, ad angulos anticos densius punctato, postice medio linea impressa longitudinali; elytris striatis, punctis striarum vix transversis, interstitiis leviter convexis, sat dense obsolete punctatis; antennis rufis. — Long. 6—7½ mill. Austral. bor.

A praecedente, cui propter habitum et colores proximus, differt clypeo rugato, thoracis linea impressa longitudinali, elytris minus profunde nec crenato-striatis. *O. lucidicollis* Bohem. Res. Eugen. p. 45, quantum ex descriptione patet, cum hac specie vel cum praecedente congruere videtur; ni thorax antice in ntroque sexo bituberculatus

indicatus esset, ad *O. promptum* relatum habuerim, cui videlicet character iste non conveniens.

11. *O. nodulifer* Harold. l. c. II. p. 37.

Thoracis denticulum interdum obsoletum, saepius sat acutum. Capitis carina transversa retrorsum arcuata character hujus speciei peculiaris.

12. *O. pugnax* Harold. l. c. III. p. 83.

Femina differt a ♂ tibiis anticis latioribus et brevioribus, capite transversim bicarinato, carina postica altiore. Thorax ut in ♂, at obtusius antice quadrituberculatus, tubercula 2 media inter se subconnexa, non sulco longitudinali ut in *O. capella* separata. Specimina ex Brisbane communicavit D. Deyrolle.

13. *O. anisocerus* Er. Wieg. Arch. 1842. I. p. 155.

Sequenti valde affinis at capite thoraceque magis nitidis, hoc minus rugulose punctato et praecipue antennis piceis bene dignoscendus.

14. *O. australis* Guér. Voy. Coquille. p. 78.

Omnino opacus, colore sat variabili, obscure viridi vel cupreo, cornua in ♂ leviter introrsum arcuata, basi lamina inter se juncta, lamina autem utrinque emarginatione a cornuum basi divisa. Ad hanc speciem, non ad praecedentem ut in Catalogo indicavi (p. 1025) referendus secund. typ. in Mus. Paris. *O. cupreoviridis* Blanch. Ex collectione Germari accepi sub nomine *O. chalcodes* Hope. i. litt.

15. *O. Thoreyi* Harold. l. c. III. p. 83.

Caput postice angustum, cornua erecta in ♂ sat approximata, carinula transversa alta truncata divisa. Cum specie ex India orientali, *O. orientalis* Harold, majorem similitudinem praebet quam cum ulla ex Australia. Differt autem *O. orientalis* antennarum clava cinerea, thorace elytrisque valde rufo-pubescentibus, illo densius et profundius undique punctato et postice longitudinaliter sulcato. Femina simillima *O. consentaneo* at facile dignoscenda carina frontali non recta sed retrorsum angulata thoracisque margine laterali pone angulos anticos sinuato, non ut in illo rotundato.

16. *O. capella* Kirby. Tr. Linn. Soc. XII. p. 398.

In ♂ magis perfectis frons laminam altam basi angustiorem exhibet, utrinque in dentem vel cornu obtusum exeuntem, medio truncatam et a cornibus emarginatione obtusa separatam. In ♂ minoribus vel

minus perfectis lamina simplex, minus elevata utrinque breviter dentata. Thorax antice in utroque sexu obtuse quadrituberculatus, lateralibus interdum, praecipue in ♀, parum distinctis. In tibiis anticis sexuum differentia fere nulla. Species sat vulgata in museis.

17. *O. Schmeltzi* (nov. spec.)

Statura et summa similitudo praecedentis at laminae frontalis structura bene dignoscendus. ♂ : Niger, nitidus, elytris subopacis leviter striatis, intersticiis planis obsolete rugulosis; capite carina transversa verticali utrinque abbreviata, fronte laminata: lamina utrinque in cornu apice leviter proclinans productum, intus juxta cornua late emarginata, medio elevata, proclinata et truncata; thorace antice decliri, medio breviter bituberculato, sulco dorsali bene distincto. — Long. 14 mill. N. S. Wales.

Species haec, etsi pro habitu, coloribus et magnitudine simillima *O. capellae*, laminae frontalis tamen parte media brevi et utrinque a cornibus profunde divisa valde discrepat; denominata in honorem dom. J. D. E. Schmeltz, custodis Musei Godeffroyensis, qui benevolenter mecum communicavit nonnulla in Australia lecta specimina.

18. *O. cuniculus* Mac Leay. Tr. Soc. N. S. Wales. I. p. 123.

Capitis clypeo antice acuminato, thorace nitido laevi, elytris nigerrimis, pygidio corporeoque subtus longe albido-villoso *O. auritum* approximat, longe autem discedit capite mutico in utroque sexu, thorace in ♂ antice acute mucronato elytrisque adhuc fortius, subfoveolatim punctatis; callus autem lateralis subhumeralis aequaliter occurrit ut in *O. aurito*. In museis nonnullis militantem sub nomine *O. festivus* Reiche. i. litt. vidi.

19. *O. capitosus* Harold. l. c. II. p. 30.

Statura et colore affinis O. capellae at valde discedens capite mutico antice acuminato et clypeo bidentato, tibiisque anticis in ♂ elongatis et leviter incurvatis. Thorax disco punctatus, lateribus rugosus, in ♂ antice parum retusus at distincte quadrituberculatus, tuberculis mediis nonnihil transversis. O. macrocephalus Kirby mihi ignotus, verosimiliter altera species ex stirpe hac notabili, at lamina frontali in triangulum producta (secundum descriptionem) bene distincta.

20. *O. consentaneus* Harold l. c. II. p. 33.

Nihil addendum habeo ad descriptionem quam l. c. de hac specie dedi.

21. *O. rugosus* Kirby. Tr. Linn. Soc. XII. p. 398.

Caput muticum est in utroque sexu et dense punctatum, thorax

autem et elytra rugosissima sunt: in ♂ thorax antice obtuse quadratuberculatus, tibiae anticae valde elongatae, angustae et incurvatae. Specimina vidi in Mus. Berol. et accepi a Dom. Deyrolle.

22. *O. Dunningi* (Cat. p. 1028) (nov. spec.)

Nitidulus, capite thoraceque leviter subcupreis, elytris nigris, palpis antennisque rufis, his testaceo-claratis; thorace punctulato, postice fere laevi, elytris leviter crenato-striatis, regione scutellari impressa, interstitiis planis subtiliter parum dense punctulatis. ♂: clypeo medio in spinam reflexam producto, thorace antice medio in mucronem acuminatum supra caput prolongato; tibiis anticis angustatis et elongatis; ♀: capite bicarinato, spatio inter carinas parce punctulato, clypeo rotundato, thorace antice medio lobo breviusculo obtuse bidentato. — Long. 8—9 mill. N. S. Wales.

Differentiae sexuales in hac specie valde conspicuae. Thorax maris ut in *O. cuniculo* mucronatus, mucro autem non oblique ascendens, deplanatus, longior, rugulose punctatus. In individuis minoribus mucro iste sicut et nasus clypei breviores. Thorax basi non marginatus. Speciem hanc insignem, denominatam in honorem Dom. J. W. Dunning, accepi a Dom. Deyrolle.

23. *O. atrox* Harold. l. c. II. p. 27.

Optime dignoscendus ♂ a ♀ tibiis anticis elongatis, incurvatis et carina postica frontali parum elevata, quae in ♀ altior et utrinque fere subdentata est. Femora antica maris apice margine superiore obtuse tuberculata, ad receptionem hujus tuberculi tibiae intus basi leviter emarginatae. Jam supra dictum, feminas olim a me cum *O. pentacantho* et *O. feroci* connexas, huc esse referendas. Species in museis sat frequens.

24. *O. declivis* (nov. spec.)

Habitus et colores O. capellae, atrocis etc. thoracis forma valde notabilis. Caput transversim bicarinatum, carinis aequaliter altis, antica medio nonnihil elevatiore, clypeo rotundato integro; thorace punctis magnis praecipue antice subumbilicatis, longitudinaliter medio versus basin plerumque confluentibus densissime adsperso, parte antica media oblique deplanata, insuper medio tubculo brevi obtuso, longitudinaliter postice versus basin subprolongato; elytris leviter striatis, opacis, interstitiis absque punctis distinctis. — Long 13—15 mill. N. S. Wales.

A congeneribus thoracis forma optime distinctus. Ratione habita

tibiarum anticarum, quae sat dilatata, specimina mea duo, a Dom. Deyrolle accepta, feminas esse opinor.

25. *O. granulatus* Bohem. Res. Eugen. p. 48.

Species propter elytra deplanata et in intersticiis longitudinaliter seriatim parce tuberculata facile cognoscenda. In ♂ clypeus antice medio triangularis et reflexus, tibiae anticae valde angustatae et elongatae; in ♀ clypeus subtruncatus. In museis frequenter occurrit.

26. *O. parvus* Blanch. Voy. Pole Sud. p. 101.

E minoribus, niger, leviter nitidus, capite in ♂ medio laevi, antice punctulato, clypeo emarginato, carina frontali sat elevata, thorace densissime et subrugose punctulato, elytrorum intersticiis distincte convexis, obsolete rugulosis, pygidio grosse punctato, palpis piceo-rufis, articulo ultimo basi fusco, antennis fusco-rufis, clava nigro-cinerea, metasterno femoribusque leviter subcupreis.

27. *O. evanidus* (nov. spec.)

Minutus, leviter nitidus, niger, leviter subcupreus, capite rugoso punctato clypeo emarginato, carinis duobus transversis, frontali minus elevata et retrorsum arcuata, thorace sat dense aequaliter punctato, elytris leviter striatis, intersticiis planis, subsericeo-opacis, irregulariter, lateribus fortius punctatis, antennis rufopiceis, clava nigra, corpore subtus nitido, subaeneo, metasterno medio fere laevi, longitudinaliter sulcato. — Long. 4 mill. Tasmania.

Caput setis brevibus erectis parcis obsitum; feminam non vidi.

28. *O. pexus* (nov. spec.)

Affinis O. postico at corpore supra breviter piloso ab illo sicut et a cacteris congeneribus bene distinctus. Sat convexus, opacus, obscure cupreus, thorace parum dense punctato, elytris leviter striatis, intersticiis planiusculis, irregulariter parum dense biseriatim punctatis, punctis piliferis; antennis piceis, corpore subtus nitido-aeneo; ♂: capite plano, parce, antice densius punctato, margine postico tuberculis duobus transversis obsoletissimis; tibiis anticis elongatis, apice intus fasciculatis; ♂: capite punctato, medio carinula brevi transversa, tibiis anticis simplicibus, metasterno longitudinaliter sulcato. — Long. 7 mill. Adelaida.

Ex collectione Germari, ♂ sub nomine *pilosus*, ♀ *simplex* denominata. Ab *O. postico* facile dignoscendus corpore magis convexo et pubescente. *O. fuliginosus* Er. secundum descriptionem affinis, at tibiarum anticarum fasciculo nigro certe distinctus.

29. *O. posticus* Er. Wiegm. Arch. 1842. I. p. 154.

Species colore sat variabili, plerumque nigro-fusca, elytris apice tantum rufosignatis, interdum obscure viridis, elytris rufo-testaceis, nigro-viridi strigatis (var. *flavolineatus* Blanch.) In ♂ thorax margine antico medio obtusissime tuberculatus, caput planum, clypeo reflexo, tibiae anticae graciles et elongatae, apice rufo-fasciculatae; in ♂ caput bicarinatum, carina antica brevissima.

30. *O. pronus* Er. I. c. p. 154.

O. Ericksoni Hope. Proc. Ent. Soc. 1841. p. 13 species certe affinis, at mihi haut rite nota; specimina nonnulla, quae propter tubercula transversa in fronte posita pro specie Hopeana habuerim, antennis rufis capiteque rotundato non trigono discrepant.

31. *O. Kingi* (nov. spec.)

Ovalis, parum convexus, nitidus, niger vel piceus, clypeo antico interdum rufescente; capite rotundato, carina media transversa, ante carinam transversim rugatulo, postice punctulato; thorace brevi, vix perspicue subtilissime punctulato, basi immarginato; elytris leviter striatis, interstitiis planis, vix distinete punctulatis; palpis antennisque rufis, his testaceo-clavatis; corpore subtus cum pedibus interdum obscure rufo; metasterno medio subtilissime punctulato; femoribus posticis versus apicem punctis nonnullis majoribus piliferis, articulo tarsorum ultimo apice truncato et subtus acuminato producto, unguiculis basi fortiter subangulatum arcuatis. — Long. 8—10 mill. Australia borealis: Rockhampton.

Accedit ad hanc speciem altera simillima, eadem unguiculorum structura notabilis, at oculis magis angustatis carinaque capitis nulla sat discedens.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Coleopterologische Hefte](#)

Jahr/Year:

Band/Volume: [5](#)

Autor(en)/Author(s): Harold Edgar Freiherr von

Artikel/Article: [V. Tabula synoptica Specierum generis](#)

[Onthophagus 78-87](#)